

Viris Plurimum Reverendo, Excellentissimo, Amplissimis, Consul-
tissimis, Spectatissimis,

DN. Gottfriedt MEISNERO, S.S. Theol. D. famigeratissimo,
Pastori & Superattendenti Dioceseos Hainensis meritissimo.

&

DNN. Reipublicæ Hainensis CONSULIBUS, JUDICIBUS,
cæterisq; SENATORIBUS Gravissimis.

Nec Non

Viro Admodum Reverendo, Praclarissimo atq; Eruditissimo,
DN. M. DANIELI MEISNERO, Ecclesiæ Schmidebergensis
Pastori, & Inspectionis Cembergensis Adjuncto dignissimo.

Dominis respectivè Affinibus, Evergetis, ac Promotoribus meis
devotè atatem venerandis

Salutem à Jesu precor

JOHANNES Ritter Theologiæ ac Philosophiæ Studiosus.

Lito nunc Virtutibus Vestris, Mæcenates Magni, non quidem preti-
osa grana thuris, nec Arabica arboris lachrymas; sed molam salsam,
id est, ex agro sterili pauperulas chartas. Longè siquidem Nominum Ve-
strorum splendori & beneficentiæ debebantur sublimiora; quò tamen in
presenti aqua vos vel scintillula gratitudinis ex me promicaret, Vestris
Nominibus splendidissimis hanc inscribere disputationem volui. In me io
Veris bruma mihi adhuc est, atque adeò Musarum mearum frigus: Vos, E-
minentissimi Viri, affectu solito has studiorum primitias fovete, & incal-
escite à Vestra astate. Vos quidem, per quam Reverendi Domini Meisneri, tot
& tam laudabilibus beneficiis meam prosecuti estis tenuitatem, ut mens
mea fatiscat, illa considerando, lingua, ea ipsa efferendo, obmutescat, un-
de verba, quibus eadem celebrem, non satis digna reperiens, tacitè solum
devotione illa veneror, & animum exopto: Vivat Nobile Fratrum par! Vi-
vant clarissima hujus Familæ duo clarissima fulcra! vivant Rei publicæ li-
terariæ & mei Favitores & Patroni incomparabiles! Vobis deniq; Amplissi-
mi & Consultissimi Domini Consules, Judices & cæteri Senatores hono-
ratissimi, Patres Patriæ gravissimi, in gratia tot beneficiorum memoria &
perpetua erga Vos singulos & universos observantia testimonium hasce pa-
gellas offerre volui. Quod super est, Patroni Opt, Max., levidense hoc
munus serenè fronte suscipite, in salutem Patriæ optimè valete, mihiq; Ve-
strorum clientum minimo & ad omnia pietatis studia servitiorumq; gene-
ra obstrictissimò favete.

